



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Alivd Exemplvm.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

us in terris erat populus Dei, et præcipue intellegebat et colebat iusticiam et alias virtutes.

In voto Iephthæ vera interpretatio fuit, cum promisisset se immolaturum esse quicquid prius occurrisset. Intelligenda erat promissio de requam licebat secundum legem offerre, non de hominibus, non de equis, non de canibus, non de porcis, ac multo minus de hominibus. Itaque nequaquam fuit immolanda filia.

### ALIVD EXEMPLVM.

Necesse est et de hac interpretatione omnes homines commonefieri. Cum in omni gubernazia iacent ciues, sicut Scholastici Rectori, se legibus obtemperaturos esse, sciendum est, non esse periuros eos, qui statutis, quibus poenæ aliæ corporales adduntur, non obtemperant, si tamen in pena obedire non recusant.

Vt Scholasticus, qui noctu in plateis tumulatur, non est periurus, si postea a Rectore citato, obtemperat in pena. Quia iuramentum obligat ad legem. Lex autem obligat vel ad obedientiam, vel ad poenam.

Sed cum Scholasticus aut ciuis recusat obediri pena, tunc sineulla dubitatione periurus est. Tunc quoque periurus est, cum expressa est ei dicto haec sententia: *Nisi obtemperet, censeri eum esse periurum.* Item, qui citatus non accedit ad judicem.

Has admonitiones notas esse omnibus in  
communi vita prodest, ubi primum hoc considerandum est, summum vinculum esse in omnium  
perio iuramentum, quod est invocatio Dei, qua  
subditi petunt, ut Deus sit custos gubernationis  
& ipsorum si obtemperent, & reuera puniat eos,  
si sint contumaces. Ita initium est imperiorum  
ab agnitione & invocatione Dei.

Deinde & haec consideratio studiofis digna  
est. Multi ritus Politici sunt umbra iudicij &  
iusticie Dei. Sicut igitur in Politica consuetu-  
dine lex obligat vel ad obedientiam vel ad pa-  
nam, Ita coram Deo sumus obligati vel ad recte-  
faciendum, vel ad paenam. Cum autem non sit  
in nobis obedientia, paenam solui necesse est. Haec  
autem deriuata est in filium, & valet pena eius  
pro alijs, quia ipse est innocens. Haec admiranda  
consilia & hunc ordinem discemus in vita  
eterna. Sed tamen vtile est aspicere politicam  
consuetudinem, & considerare hanc formam non  
temere exegitatam esse, sed esse ordinatam sa-  
pientia & iusticia Dei, et nos propter Deum  
reuerenter huic ordini debere subiectos esse, &  
obedire propter Deum. Nam & politicarum  
paenarum haec caussae sunt.

### Prima.

Quia vult intelligi & notum esse discrimen  
virtutum & vitiorum, ut sciamus, qualis sit  
ipse,

se, quod non intelligeretur, nisi sanctæ essent  
qua.

Secunda.

Quia, cum Deus iustus sit, vult delere iniurias,  
sicut inquit, Deus est ignis consumens.

Tertia.

Vult has breues pœnas commonefactions  
sede pœnis æternis.

Quarta.

Vult commonefactions esse de pœnitentia.

Quinta.

Consultur utilitati aliorum, cum contumaciam  
toluntur, ne plures lædant.

Sexta.

Exemplum ostenditur, ne alij delinquant.

Ac de postremis causis saepius loquuntur  
homines, quæ ab utilitate sumtæ sunt magis con-  
spicue. Sed priores illæ oriuntur à sapientia et  
iustitia Dei.

DE ABSOLVTIONE

à Iuramento.

Iurat ipse Deus, sicut inquit: Viuo ego,  
Item: Ego Dominus, affirmans aliquid per hanc  
veritatem, quod ipse sit vere Deus verax, et  
sancti sua dicta immutabiliter. Deinde nult  
inter homines iuramenta vincula esse prorsus  
immutabilia, sicut scriptum est. Matth. 5. Reddes  
Domino iuramenta tua.